



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædedit usq[ue] in annum
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

Luther, Martin

Basileae, 1520

VD16 L 3411

Martinvs Lvtherivs Pio Lectori Salvtem In Christo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34878

MARTINVS LVTHE-

RIVS PIO LECTORI SALVTEM
IN CHRISTO.



VPER propositionibus tredecim resolutiones meas,
nuper tumultuario negotio ædidi, ut ferebat, & temporo
& occupationum mearum ratio. ita enim cogor pe-
ne imparatus, pessimo nominis, quod mihi a multis in-
tentatur, occurrere. Quas cū uideam maiore studio peti
q̄ sp̄raueram, uisum est, eas sub in eudem reuocatas au-
gere, uel emendare saltem, si qua digniore facie in publi-
cum uenire possint. In qua re, optime lector, te primum
oro, ne stili mei uarietatem mireris. Sum plane aliquid sordidior, penitusq;
mei dissimilis, quod de industria facio, quod mihi non sit spes nominis & me-
moriæ diuturnæ, nec tale quippiam unquam quesiui. Sed sicut uī in publicum
tractus sum, Ita cogito semper, q̄ possim, citius redire in meum angulum, sal-
uo Christiano meo nomine. Habere enim puto Theatrum meū suam horam.
Post me alius sequetur, si dominus uolet; ego temporis meo satisfecerim. Vide-
or & multis paulo durior in aduersarios, & uelut modestia theologicæ obli-
tus. Hic si qua & alia uitia mea inueniantur, non magnopere deprecor culpā:
quod hoc me alia causa facere nō sum mihi conscient, q̄ nimio publici tædio &
odio, in quod me mergūt illi, plurimum mihi pretiosissimi temporis suffurant-
tes. Deinde, quod tam p̄fractos & obstinatos oblatriatores patior, ut e qua uis
syllaba, mihi ignominiam, sibi uictoriā nominis Christiani, insidiosissime
& pertinacissime querant; ut malo nodo, malus mihi cuneus necessarius uide-
atur. quanquā uideor mihi, stomacho me multam semper fecisse uim, ne face-
rem quæ possem. Et nescio, si molliter simul & utiliter tangi queant, qui inue-
teratissima iam diu cōsuetudine opprobriā hæretici nominis, ita in iudican-
dis aliorum scriptis obstupuerunt, & ad audiendam ueritatē obduruerunt, su-
isq; opinionibus obsurderunt; ut uix caduceo diuino quoipiam excitari posse
uideātur. Ut id taceam, q̄ intolerabile sit, leuiter arguere eos, qui e templo dei
 speluncam latronum fecerunt; & e scripture dei, negotium hominum: ab omni
nationē ēē e loco sancto, & C H R I S T V S flagellis pepulit. & P A V L V S
dure increpandos censuit hos uaniloquos. Nā id coguntur, uelint, nolint, con-
fiteri, sacras literas passim in uniuersalib; studijs fuisse neglectas penitus, quā/
cumuis se leuiter iacent scripture intelligere religiosius, humano aliorum sensu,
q̄ illarum proprio. Ego mihi nolo hāc cantari cantilenā, nec saltitabo ad eam.
uolo, non iudice humano die scripture, sed scripture iudice, omnium homi-
num scripta, dicta, facta intelligere. Postremo omnium criminū nomina, mo-
deste & patienter tulisse, laus esto. At spolium nominis Christiani, rapinam
gloriæ dei, abnegationem Christi (quod moliuntur, qui hæreticum tam facile
q̄ temere pronunciant) agnouisse, ac non potius uifq; ad sanguinem omnibus
uiribus reclamasce, anathema sit. Proinde qui me patientem desyderat, primū
alio q̄ hæretico, perfido, & apostatico nomine criminentur; aut, quod debent,
talem me esse prius conuincant. Nec enim mihi retaliasse uideor quenquam
talium criminatorū, etiam si sexcentis nominibus malis eos onerassem. Hæ/
resis

resis enim similia sibi monstra nō habet, cum sit peccatum in spiritum sanctū;
Quanquā intutus omnīs sanctorū exempla, & impotentem illorum animū,
qui tam celebre hoc crimen faciunt; pene mihi persuadeo, non minus ferendū
esse hæretici, q̄ cuiuscq; uitij opprobrium. Quādo & Christum habere dæmo-
nium Iudæi insaniebant, obsequiū deo se præstare arbitrati. Verum, ut sit
nullius persona unquā mihi erit odiosa, qui sperem omnes nos tandem pacas-
tos in regno Christi uiucturos in æternū. Causam uero scripturæ sanctæ,
si concitat ore zelo egero, ueniā mihi spero iustum non negari. quod
non possit esse par ullius læsio seu iniuria, cū iniuria diuinæ scri-
pturæ collata. Hic enim uita nostra læditur æterna; illuc pu-
tridum nomen corruptibilis hominis. Dominus au-
tem ipse Iesus regat & seruet nos omnes, custodi-
atq; corda, & intelligentias nostras,
Amen. Vale optime
lector.

